

## **Tractatvs De Magis, Veneficis Et Lamiis, Deqve His Recte Cognoscendis Et Pvniendis**

Propter Varias & controversas de hac quaestione hominum sententias,  
vtliissimus & cunctis ad Rerumpublicarum gubernacula sedentibus  
maxime necessarius ... in tres libros distributus

Qvomodo Contra Magos, Veneficias, Et Lamias procedatur

**Gödelmann, Johann Georg**

**Francofurti, 1591**

**VD16 G 2487**

Capvt VII. De confeßione Magorum & Veneficarum Spontanea.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61533](#)

## DE MAGIS ET VENEFICIS.

51

tal is carceratus licet aufugere: & hoc frequentius receptum es-  
se Did. Couarru. lib. i. Variar. resol. c. 2. num. ii. expressè fatetur.  
Sed neq; ad carceres redire obnoxius est, etiam si iurasset se re- 16  
diturum: quæ est elegans doctrina gloss. verb. per violent. in  
clem. pastoralis de re indica. quam ab omnibus adprobatam  
testatur idem Couar. in d. c. 2. num. 7. quæ veluti singularia, di-  
ligenter obseruare admonet Mynsing. obser. 98. cent. 6. num. 5.  
& 6. Quamobrem beneficæ incarceraæ intoxicare amplius 17  
non possint, duæ à Lamberto Danæo de Sortiarijs cap. 4. enu-  
merantur causæ. Prima, quod commode illic venena sua habe-  
re non possunt. Secunda, quod liberè cum suo artifice & docto-  
re Satana communicare non audent. Se enim putant obserua-  
ri, & vinclati sunt, & non nisi per carceris custodem, id est, testem  
adhibitum, sua venena habere possunt. Id quod maximè ti-  
ment, ne à iudice deprehendantur. Quare ferè non solent dūm  
sunt in carcere quenquam lādere Sortiarij. Vnde prudentes &  
seduli iudices maximè dant operam, vt dūm ab ijs non speran-  
tur aut expectantur, adsint tamen, vt eos obseruent. Deniq; ve-  
rentur Sortiarij ne iam vinclati conuincantur vti venenis, quod  
facilè fieret. Estenim hominum genus & timidissimum & signa-  
uissimum Sortiriorum, quod Deum reiecit, itaq; plurimum  
sibi prospicit & cauet.

## CAPVT VII.

### DE CONFESSIONE MAGORVM ET VENEFICARVM SPONTANEA.

#### Summæ.

- 1 Venefica si delictum fatetur, condemnatur ex sua confessione.
- 2 Nulla eſt firmior probatio, quam proprij oris confessio.

L 3

3 Con-



LIB. III. CAP. VII.

- 3 Confessio est plenissima probatio.
- 4 In confessum nulla aliae sunt partes iudicis nisi in condemnando.
- 5 Quintiliani verba.
- 6 Ouidij versus.
- 7 Confessio plus operatur, quam aliqua species probationis.
- 8 Confessio dicitur legitima probatio.
- 9 Confessio veneficarum spontanea quando sufficienter probet.
- 10 Confessio venefica, quae fit metu carceris vel tormentorum nil probat.
- 11 Sola rei confessio non probat, nisi aliunde iudex argumenta credendi habeat.
- 12 Iudex, qui confitentem ad mortem damnavit, absq; probatione alia delicti, punitur pena mortis.
- 13 Volenti mori non est habenda fides.
- 14 Historia ex Valerio Maximo.
- 15 Iudex ex officio Rei innocentiam querere debet.
- 16 Iudex tenetur testes recipere ad defensam, licet ad sit vera & spontanea rei confessio.
- 17 Veneficæ multiæ mortem audie expetunt.
- 18 Crimen si quis confiteatur vltro, cum eo mitius agendum.
- 19 Atheniensium leges veniam concedunt se se manifestanti.
- 20 Mosaicæ leges lenius puniunt sponte confitentem delictum à se commissum, quam conuictum.
- 21 An confessio veneficarum extra iudicialis plenè probet.
- 22 Cu confessio veneficarum spontanea coram Sacerdote facta probet.
- 23 Pontifex clericum non potest cogere ad reuelandam confessio nem alterius.
- 24 Confessio veneficæ sub spe futurae gratiæ sibi promissæ per iudicem non probat.
- 25 An iudex non obstante promissione possit veneficam ad mortem condemnare.

26 Sed



- 26 Sed quæritur, an index ad veritatem inuestigandam, promittendo Mago vel veneficæ impunitatem, possit uti cauillationibus.
- 27 Cautela pro iudice, ad expiscandum uter ex duobus correis veneficij sit verus reus.
- 28 Confessio veneficarum, quæ est impossibilis, nil probat.
- 29 Francisci Ponzinibij verba de confessione Lamiarum.
- 30 Ioannis Fichardi verba de confessione Lamiarum.
- 31 Lamijs impossibilia confitentibus fidem index adhibere non debet.
- 32 An venefica confessionem à se sponte factam reuocare possit.
- 33 Ad probandum errorem confessionis admittuntur consanguinei & vicini confitentis.
- 34 Qui errauit, non fatetur.
- 35 An in casu, ubi confessio veneficæ reuocari nequit, saltem excusari & declarari possit.
- 36 Äquiuoca in benigniorem partem sunt interpretanda.

**P**otquam venefica in custodiam tradita est, vel alioquin copiam sui facit, tunc aut confitetur delictum, aut negat, si sponte confiteatur, tum ex sua confessione condemnada l. 5. D. de custodia & exhibitione reorum. Sin eat inficias, testibus erit conuincenda. Inter omnes probationis species, quibus veneficium probatur, nulla est validior, quam spontanea confessio, quando proprio motu scelera sua Magi vel Veneficæ confitentur. Nulla enim firmior probatio, quam proprij oriis confessio. Hinc Philiippus Corneus consil. 261. confessio est plenissima probatio. Et in confessum nullæ sunt aliæ partes iudicis, nisi in commendando. 25. in fin. D. ad l. AqUIL. Et ideo Quintil. lib. 7. c. 1. recte scribit, quod ibi non possit esse quæstio, ubi factum confessum est, secùs si factum sit controuersum, facit adhoc illud Ouidij:

Non est confessi causa tuendare.

6  
Hinc

7 Hinc Marsil. consil. 94. num. 8. Confessio plus operatur,  
 quam aliqua species probationis. Et Innocent. in c. cum con-  
 tingat s. indigeat de offi. deleg. Illud verè dicitur apparere, quod  
 constat per confessionem. Et illud dicitur sciri pro certo, quod  
 scitur per confessionem, gloss. i. iunct. text. in c. Si Sacerdos. ext.  
 8 de offic. ord. Et confessio aequipollit instrumento. Bald. in l. fin.  
 C. de edi&t. Diui Adrian. toll. Et confessio nedum dicitur pro-  
 batio, sed etiam dicitur legitima probatio gloss. in c. Ad abo-  
 9 lendam in s. Deprehensi. De Hæreticis. Ut autem confessio ve-  
 nescarum spontanea valeat, & ex ea condemnari possint, re-  
 quiritur, quod sit facta in iudicio extra carcerem, & nullo iusti-  
 metus periculo facta. Franciscus Ponzinibus, De Lamijs, n. 62.  
 Andreas Geil, de pace publica, lib. i. cap. 15. nu. 7. Joseph. Mascar-  
 10 dus de probat. vol. i. conclus. 348. Primò enim confessio venefi-  
 cæ, quæ fit metu carceris vel tormentorum, non inducit noto-  
 rium, ut dicit Benedictus Capra. in tractat. de notor. membr. i.  
 num. 35. Nec processus aliâs ullus iuuatur ab huiusmodi con-  
 fessione sic extorta, ut per Hippol. in praxi Crim. §. constante n.  
 31. & consi. si. incip. licet nedum plenè & in praxi. i. postquam n.  
 11 31. Carrer. in prax. Crim. §. Circa me, 387. Imò etiamsi confessio  
 esset spontè facta, non tamen ei statut, quando indicia verisimi-  
 lia & probabilia, vel ipsa innocentiae substantia in contrarium  
 appareret l. i. §. si quis vltro, ff. de quæst. vbi text. clarus. Si quis  
 vltro de maleficio fateatur, non semper ei fides habenda est,  
 nonnunquam enim aut metu, aut aliqua alia de causa in se con-  
 fitentur. Spontanea enim delicti confessio non sufficit ad con-  
 demnandum aliquem poena capitali, nisi etiam constet deli-  
 ctum fuisse commissum, l. i. §. 17. vbi Vlpianus ait: Diuus Seue-  
 rius rescripsit, Confessiones reorum pro exploratis criminibus  
 haberi non oportere, nisi nulla probatio religionem cognos-  
 12 centis instruat. Imò iudex, qui confitentem ad mortem da-  
 mnavit absq; probatione alia delicti, pariter mortis pœna plecti  
 debet,

debet, si occisus nemo fuit. Quapropter diligenter inquirere debet, an veneficæ iuxta confessionem propriam etiam homines & iumenta suis beneficijs & magica arte interfecerint nec ne. Propterea, quod multi sunt confessi delictum, & posteà reperiti fuerunt innocentes, ut dicit Franciscus Ponzinibus Italus. Volenti enim mori non est habenda fides, nec auditur peri- 13 revolens l. i. §. si quis vltro D. de quæstionibus Exemplum esto 14 ex Valerij Maximi lib. 8. Seruus vltro confessus hominem, qui aberat, à se fuisse interficatum, suppicio vltimo affectus est: ille verò posteà domum rediit in columis. Ideoq; Piso Consul non leuem subiit permagnæ crudelitatis notam, scueritatis militaris specie. Nam cùm militem in castra sine contubernali reuertentem, vt cædis illius reum adiudicauisset morti, quamuis eum sequi & mox venturum esse miles exponeret, Centurioni Proconsul mandat, vt cum damnatum necet. Cùm iam propè es- 15 set, vt plecteretur morte, contubernalis aduenit in columis. Tùm Centurio à sententiæ executione supersedens vtrumq; militem sistit Proconsuli: hic autem indignè ferens, quod adeò temerè hominem ad mortem damnasset, simul enecari iussit & Centurionem eo, quod non paruisse, & damnatum mili- 16 tem, quod esset damnatus, & militem alterum, quod neci vtri- usq; causam attulisset: ita ob vnius innocentiam tres viri da- mnati & trucidati sunt, vt narrat Seneca in lib. de ira. Nam iudex debet nedum parte petente, sed etiam ex officio suo rei innocentiam quærere, etiamsi se non defendat. Bartol. consil. 107. Imò iudex ex officio debet recipere testes ad defensam, licet 16 adsit vera & spontanea rei confessio Bronorius à Sole in consil. Criminal. 122. Reperiuntur veneficæ, quæ mortem expetunt, 17 non quod honorem sperent, sed quia desperant summoq; dolore cruciantur: atq; hi non sunt audiendi, vtcunq; eos excuset Lex, & Plato honestum iudicet, & spiritum antequam extrudatur emittere, Sprengerus scribit, se vidisse ve- ficas,

M

ficas,



ficas, quæ scelera sua confessæ vtrò orabant iudices, vt se morte plesterent, alioqui se sibi ipsis conscientias mortem, quia se à Diabolo nisi parerent vexari confirmabant. Qua in specie legi dicensi. In confitentem nullæ sunt partes iudicis, nisi in conde mandato, locus esse non potest, nec tenetur iudex istorum hominum voluntati obsequi. Cùm spes adsit, Veneficam quam vexat Diabolus, resipuisse, & in via salutis esse, eam itaq; oportet in carcere contineri, institui & modicis poenis salutaribusq;

18 corrigi, vt Bodinus de Dæmonoman. cap. 3. lib. 4. ait. Quando enim quis confitetur crimen non conuictus, tunc mitius cum eo agendum est, quām si negans conuinceretur Authent. Sed nouo iure C. de poenis iudicis, qui mal. iudic. Follerius in Praet. Criminal. fol. mihi 316. num. 52. vbi ait: Confessio operatur mirabilem effectum, nam confessus sponte mitius debet puniri, vt est glossa in c. ad hoc in versie confessio. de Simo. VVesenbe-

19 cius in Parat. D. de poenis num. 10. Sed & secundum Atheniensium leges omnium optimas, & ex quibus maxima pars nostrorum deprompta est, teste Liui. 1. dec. lib. 1. manifestanti se ipsum

20 etiam impunitas constituebatur. Quin etiam ex legibus Mosai- cis leuius quoq; puniebatur sponte confessus, quām conuictus. Quod hinc cuiq; manifestum est, quòd fur conuictus puniebatur in duplum, vel quadruplum, vel quintuplum, secundum eam distinctionem, quę traditur, Exod. 22. c. qui si fuisse t' sponte confessus, in id solùm puniebatur, quòd ultra rei ablatæ resti- tutionem quintam quoq; partem ipsius rei reddere cogebatur, vt legitur Numer. 5. post princ. & ita intellexit ibi Nicol. de Lyra, interpres Bibliorum optimus, & ante eum Diuus Augu- stinus, cùm dicit, quia annunciauit, non eo damno plectendus

21 fuit, quo surem conuictum plecti oportet. Secundò confessio Veneficarum extra judicialis spontanea nō plenè probat. VVe-  
22 senb. in Parat. D. de confessis. Non incommode hic queritur, an confessio Veneficæ spontanea coram Sacerdote in templo facta,

facta, in dem Sechstus probet in iudicio. Et respondeatur. Quod nō. Ratio est. Quia Clericus secreta non ut homo, sed tanquam Dei Vicarius scire intelligitur C. si Sacerdos, de off. ordi. Ideoq; à iudice compelli non potest, ut secreta confessionis reuelet. Quinimò dixit Abbas in c. dilectus, de exce. Prælat. quod etiam 23 per Papam non possit quis cogi ad reuelandam confessionem alterius. Interrogatus enim sine mendacio rectè respondet de sua ignorantia, nam ut homo & restis ignorat factum, super quo interrogatur c. omnis vtriusq; de Pœnit. Angelus de maleficijs in v. Hai tradito. Francisc. Ponzinibus de Lamijs n. 73. Mynsing. cent. 5. obs. 41. Geil. lib. 1. obs. C. n. 8. Ioseph. Mascardus de Probat. vol. 1. concl. 377. Iacob. Menoc. de Arb. Iud. q. li. 2. cen. 2. cas. 180. n. 21. vbi ait: Licet Clericus non possit reuelare delictum perpetratum, potest tamen perpetrandum indicare. Idem affirmat Mynsinger. d. loco vbi ait: Si de delicto committendo ageretur posset confessor reuelare saltem in genere, non nominando personam. Tertiò non probat plenè Veneficæ confessio spontanea 24 facta sub spe futuræ gratiæ sibi promissæ p iudicem. VVesenb. in Parat. D. de conf. n. 10. Iul. Clar. q. 55. n. 7. Disputant Dd. an iudex 25 nō obstante huiusmodi promissione Magum vel Veneficam ad mortem condemnare possit. Cagnol<sup>p</sup> in l. ea est natura, 65. concludit, quod non. At communis sententia est in contrarium, quod sic. Alcia. in l. na. 177. D. de verb. sig. Bossi<sup>p</sup> in t. de cōf. n. 12. Vide Eberhard. Speckhan cent. 1. q. 3. Sed qritur hic, an iudex ad 26 veritatem inuestigandam possit vti cauillationibus & simulazione, & Mago vel Veneficæ promittere imputitatē, modò ut veritatem confiteatur. Et est communis Dd. opinio quod possit, Deci. & Cagn. in d. l. 65. n. 6. Idq; colligitur ex Salomonis exemplo, 3. Reg. 3. vbi cùm p bationib. non certò constare posset, vtra mulierū alteri infantem viuum surripuisse, suffocatūq; supposuisse, iussit adferri gladium, & viuum infantem bipartiri, ut per hoc eliceret storgin maternam, per quam præsumtiua saltē

M 2      Veritas



veritas emergeret, (vt etiam consilium illud, vel simulatio optimè successit.) Hoc igitur exemplo, si duo Magi de uno aliquo homicidio simul accusentur, quorum uterque constantissimè negat, & tamen certò constat, solos illos duos interfuisse homicidio, ita, vt necesse sit, alterum illorum esse noxium. Cautela datur iudici, vt simulatè utrumque condemnetur, si forte conscientia (quæ mille testibus æqui paratur) stimulis atque mortisbus conuictus, pro ea exoneranda (si quidem videat, nullam spem vitæ supereffere) fateatur delictum, memor salutis æternæ, & ne animam simul cum corpore perdat, vt quidem nemo præsumitur immemor propriæ salutis, & hac ratione, nempe, per spontaneam confessionem unius, liberabitur alter, qui reuocata illa simulata sententia, statim absoluendus, confessus vero solus executioni mandandus erit. Tali cautela usum esse Imperatorem Carolum Magnum, refert And. de Ifern. in c. i. §. publici latrones, in fine de pace tenentes. & eius violat. quam cautelam commendat etiam Paris de Put. de Syndic. in verb. tortura, vers. sequitur modò. ubi ponit simile exemplum de rege quodam Ladislao. Eam quoque probat Andr. Barb. in l. Cum acutissimi. colum. 24. versic. nec obstat. C. de fidecommis. Iaso. in l. si is, qui pro empt. colum. i. in fine, cum sequen. ff. de vsu cap. Hippolyt. de Mars. in l. de minore, colum. 3. num. 19. ff. de quæst. Sylua nupt. fol. 54. colum. i. versic. hinc sumpsit bonam cautelam. Si tamen post talem simulatam sententiam uterque reus persistaret in sua negatione, etiam usque ad locum executionis, tunc omnino præstaret utrumque dimittere, quia satius est nocentem absolue, quam innocentem condemnare, vt ait IC. in l. absentem, in princ. ff. de poenis. Haec refert Raymundus Pius Fichardus in tractatu cauteriarum. cautel. 41. ubi concludit: Possunt tamen tales rei in casu homicidij relegari, vel simili poena aliqua leniore puniri, ne delictum, quod simul commiserunt, maneret impunitum, secundum dict. l. ita vulneratus. §. quod si quis, ff. ad legem

legem Aquil. Quartò confessio veneficarum, quæ est impossibilis, & non verisimilis nil probat, nec nocet confitentil. l. 13. & 14. ibi in fine. In totum autem confessiones iteratæ sunt, si id, quod in confessionem venit, & ius & naturam recipere potest. D. de interrogatorijs actionibus. Foller. in Pract. Criminal. fol. mihi 303. num. 36. Ut quando veneficæ vel Lamiæ fatentur eas per aërem volasse in montem **Blocksberg**/ & ibi totam noctem ludendo, edendo, bibendo consumpsisse, in bestias fuisse transmutatas, cum Diabolo Venerem exercuisse, & quæ horum sunt similia. Huc referendum, quod Ioannes Franciscus Ponzini-  
bius Iurisconsultus Placentinus de Lamiarum confessione scripsit in suo tractatu de Lamijs num. 52. vbi ita argumentatur:  
Cum tales personæ sint illusæ. Ergo dici debet, earum confessiōnem etiam esse erroncam, nec admittendam l. error l. de æta-  
te ff. de interrogat. act. Confessio enim debet continere verum  
& possibile, vt per gloss. in l. 1. C. de confess. per gloss. in c. fin. de  
confess. lib. 6. l. inde Neratius §. fin. D. ad l. Aquil. Ergo non se-  
quitur: Istæ mulieres sic confitentur. Ergo sic est. Nam confes-  
sio longè distat ab actu, (vel actus possilitate) & quidquid est  
contra naturam, deficit in suis principijs. Ergo, naturaliter est  
impossibile. Præterea in criminalibus non est standum soli con-  
fessioni rei, vt per Bald. in l. 1. C. de confess. Et Ioannes Fichar-  
dus consil. 124. num. 2. Denn das vbrig/ so sie bekennen/ vnd so sie  
vielleicht groß achten möchten/ als mit dem nächtlichen Fahren zu  
den Tänzen/ vnd mit den Gemeinsamen mit den bösen Geistern/  
achten wir für lauter Phantasmata, Eriegeren vnd Gespenst/ da-  
mit der Teuffel solche arme Leut einnimpt vnd verblendet / da es  
doch im Grund lauter Träumwerck ist. Lamijs itaq; eiusmodi 31  
impossibilia confitentibus, iudex fidem adhibere non debet,  
quicquid dicat Bodinus. Nam ne verbum quidem in Constitu-  
tionibus Criminalibus, de nocturnis conuiuijs & transmutati-  
onibus in bekias, ac in c. 44. Von Anzeigung der Zäuberey/

Constitutio. Crimin. Caroli V. mentio fit, & illorum omnium eas reas argui nō posse in li. 2. firmissimè demonstratum esse puto. Et scribit Ponzinibius d. loco iudices debere abiurare illam opinionem, quod Lamię portentur de loco in locum in corpore, & verè ad coniuia ludorum, &c. Cùm talis opinio sit reprobata. Qua de causa nullus prudens Aduocatus in hoc Veneficij criminе tales articulos concipere solet. Item wahr / das Angeklagtin auff den Blocksberg mit andern Unholden gefahren / das selbst getanhet. Item wahr / das Angeklagtin sich im Hund vnd Käzen verendert. Ideoq; tales ut potè impertinentes à iudice resciuntur. Sed pone. Quod Venefica velit confessionem à se sponte factam reuocare & probare, fuisse erroneam, nunquid erit audienda? Respondeatur, quod sic. Si velit docere confessionem ipsam fuisse erroneam, & de errore probare. Et hæc est communis Dd. opinio. Iulius Clarus d. loco num. 18. Iosephus 32 Marscardus de Probat. conclus. 378. Et ad probandum errorem confessionis admittuntur consanguinei illius confitentis secundum Follerium in Praet. Criminal. p. 3. p. num. 50. fol. mihi 308. vel etiam vicini, vt si deponunt, quod persona, quæ pro incantatrice vel Venefica est delata, semper fuerit bona fama. Nam probata bona fama præsumptio delicti tollitur. Bald. l. fin. C. de probat. Alexand. cons. 113. vol. 1. Et hæc procedunt primò non solùm ante, sed etiam post sententiam latam. Hippolytus 33 Marsilius in l. 1. §. fin. num. 61. D. de quæstionibus. Ea ratione. Quia non satetur, qui errauit, l. 2. vbi Bartolus D. de confessis. Secundò hæc etiam in confessione reiterata & iurata procedunt Grammaticus Voto 10. num. 33. cum sequentibus. Sed quæro, an in casu, vbi confessio Veneficæ non potest reuocari, saltem possit excusari, declarari, vel interpretari? Et respondeatur, quod sic. Textus in c. dilecti, de accus. & ibi per Innoc. Abb. & Felin. & sequitur Baldus in margarita in verbo, confessi, idem Baldus in l. 1. §. Item, si Vasallus de controu. inuesti. 3. colum. & Baldus

Baldus in additio. Specul. in tit. de positio. 5. col. ver. Potest quis interpretari. Vide & Alciatum in tractatu de præsumptio. 25. præsumpt. num. 10. Sexto & vltimò confessio Veneficæ æqui- 36 uoca nil probat. Confessio enim sui similis, sibiq; constans, & minimè equiuoca esse debet, vt per Ioannem Franciscum Pon- zinibium in tractatu de Lamijs, versic. 2. declaratur. & per con- cordantia ibidem allegata : maximè Cæpol. in consilio 77. di- centem : si inquisitio confessata potest interpretari in diuersos sensus, præsumitur in benigniorem partem pro confitentel. si quis intentione. 66. D. de iudic. Cæterum supra dicta vera sunt, nisi vltra confessionem adessent indicia indubitata, quæ con- iuncta cum confessione indubitabiliter indicant veritatem, se- cundum Baldum in l. fin. D. de quæstio. & Franciscum Brunum in tractatu de iudicijs & tortura 4. q. 1. p. num. 4. nam tunc non prodest reuocatio.

## CAPVT VIII.

DE PROBATIONE VENEFL  
CII PER TESTES.

## Summæ.

- 1 Nemo ex præsumptionibus damnandus.
- 2 Sufficens probatio in crimine Veneficij, quæ dicatur.
- 3 Testes omni exceptione maiores, qui dicantur.
- 4 Adynius testimonium nemo condemnabitur.
- 5 Depositiones testium in crimine Veneficij, num. 6. 7. 8. & 9.
- 10 Firma eſt probatio, quando contestes consenserint.
- 11 Singulares testes integrè non probant.
- 12 Quando diuersitas vel singularitas testium iungi potest, tunc et- iam singulares probant.

13 Sin-